



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita B. Francisci Xaverii**

**Torsellini, Orazio**

**Coloniae Agrippinae, 1610**

VI. Cordis mundities & castimonia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42323**

orunt  
quantum  
Chri-  
rectio-  
sum,  
eculo-  
gratiis  
certam  
vt d-  
aret a-  
nsignis  
issimo  
erando  
Franci-  
ffet, sa-  
llis ge-  
us do-  
osmus  
s, aliiq;  
iquid  
templo  
Christi  
se esse  
afusti-  
Sub-  
res. E-  
m Tri-  
summa  
Christū  
dilige-  
bat

bat. B. Mariæ, Dei parenti, benignissimæque hominum patronæ, maximè adictus erat. Itaque moribundus sacerdotia Trinitatis, Iesu Christi, B. Mariæ, vsu magistro, identidem exposcebat opem; ut quorum cum eximia veneratione moreretur. Secundum hos, Archangelum Michaëlem cœlestium principem, ac propugnatorem Ecclesiæ, egregio colebat studio; inde beatorum omnium ac fidelium cœtum, Christique sponsam Ecclesiam, cuius auxilium xp̄ius implorabat. Angelum quoque custodem suum, itemque Archangulos locorum, vbi resaretur, aut quod tenderet, Praesides frequenter in suis conatibus, ærumnis, penitulis, invocabat.

Pietas eig  
in Archan-  
gelum Mi-  
chaëlem.

## CAPVT VI.

*Cordis mundities & castimonia.*

HANC Francisci excellentem in oratione pietatem par animi mundities auebat ad videndum Deum. Id adeo declarat talis munditiæ index innocencia vitæ, multorum eius familiarium testimonio comprobata. Hi quippe professi sunt, nihil se unquam in illo deprehener-

*Sapientia in die conscientia executit.* hendisse, quod cuiusquam oculos aut a-

nimum offendiceret. Illud quoque indicio est, quod & saepius in die diligentius conscientiam exutiebat suam, & ceteros ad idem faciendum magnopere hortabatur, in eo perfectæ vitæ cardinem verti ratus. Sacramento vero confessionis, ubi Sacerdotis copia erat, vtebatur quotidie. Animi porro sanctitatem perpetua corporis sanctitas honestauit. Satis constat, ab eo virginalem pudicitia florem ad extremum usque spiritum costoditum. Id & Meliora Vicarius ex sermone cum Francisco ibidem habito se comperisse liquidò confirmauit, & alij eius confessiones excipere soliti se prospexit testati. Insignis profectò in illo amor castitatis, infigne odium libidinis fuit; adeò ut vel minimas huius generis labeculas exosus, ipsum horreret libidinis nomen. Quod vel ex eo, quod subiectam existimari licebit. Olyssippone perfectionis Indicæ diem operiens, cum Simone Roderico in eodem

*Horroris diuersabatur cubiculo. Ibi intempesta purarū cogitationū.* nocte repente excitatur è somno, adeò commotus, ut è naribus magnam vim cruentis profunderet. Eius deinde rei causam Simonem rogitantem obstinato silentio celauit, quamdiu in Lusitania fuit. Ad ultimum, ubi soluendi aduenit tem-

pus,

*Solites confiteri quotidie.*

*Virginalis pudicitia.*

pus, sub digressum in nauis angulum cū  
eo secessit: & sine arbitris, Nunc demum,  
inquit, tempus est enunciandi, quod to-  
ties ex me, Simon, frustra es sciscitatus:  
quippe hoc vltimum (vt arbitror) sum te  
in hac vita visurus. Scito igitur illa no-  
tis impuram speciem per somnium mihi  
oblatam; sum maque vi repellere conanti  
tantam illam copiam sanguinis erupisse.  
Hisce signis humanisque testimoniis di-  
uum indicium ac testimonium exticti  
corporis accessit integritas. Quod eximi-  
um Dei beneficium inter alia egregiae vir-  
ginali castioniæ concessum accepimus.

Ceterum Franciscus, ut tantum custodi- *Cautio in*  
re thesaurum, non castior fuit, quam *pudicitia*  
cautior. Etsi enim vir sanctissimus cœle- *seruanda.*  
sum rerum contemplationi maximè  
aditus, excellentisque temperantiae ar-  
matis tectus, nullo negotio *tela nequissimi*  
*quaæ extingueret;* tamen adeò timidus  
hoc genere & cautus erat, vt si maxi-  
mæ obnoxius esset libidini. Nunquam  
cum femina vlla, nisi luce palam, & adhi-  
cis arbitris, de rebus vtique necessariis  
collocutus est, ratus mulieres ferme  
adiri minore emolumento,  
quam periculo.

## CAPVT